UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Sortes

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

inter vtrumque diuidendum. **Vide Mol.l.c.*

4 Damnum ponentis operas debet eſſe cõmune, ſi ſocietas fuit eius cauſa propinqua, vt eſt lucrum, cuius ſocietas cauſa: debent enim expenſæ de corpore ſocietatis fieri eius cauſa proficiſcenti.

**Vide Mol.l.c.& d.417.* Debent} *Vide Mol.d. 418.*

5 Diſſoluta ſocietate (diſſoluitur autẽ vnius ſocij morte, aut perdito capitali ferè toto) niſi aliud ſit conuentum, reddito capitali ei qui poſuit, ſolutisq́ue debitis factis ab aliquo nomine ſocietatis, lucrum pro rata diuidendũ. **Vide Lopez cap.67.*

Diſſoluitur} *Vide Mol.d.414. Lopez l.c.*

6 Societates Officiorum Romæ ſolitæ fieri, non poſſunt fieri vltra valorem officiorum. *Ex Pio Quarto.* **Vide Tol.l.c.cap.40.*

De ſocietate animalium *Lopez, c. vlt. Mol. 420. Garz.l.c.*

De ſocietate vide Bullam Sixti V. Deteſtabilis; quam refert etiam Phil.p.2.Sodomia.

Sodomia, vide Luxuria.

SORTES.

1 SOrtes ex cauſa licent in temporalibus electionibus, non in Eccleſiaſticis.

*Vide *Caiet.verſ.Sors, Fu.eod.nu.1.3. D.Th.2.2.q.95.art.8. Azor.l.9.c.20. Lopez l.2.c.23.Mol. d.509.Garziam c.44.*

*Non

*Non Eccleſiaſticis } *c. Eccleſia, de ſortibus. vide Azor.l.c.*

2 In neceſſitate licet Dei auxilium per ſortem reuerenter implorare.

**Vide Fum.l.c.nu.2. Azor.l.c. & D.Thom.*

Sponſalia, vide Iuramentum, Matrimonium, Pœna.

1 AEtas ad ſponſalia ſeptem anni in vtroque ferè completi (alioqui non oritur impedimentum publicę honeſtatis) niſi antea adeſſet eis vſus rationis: etſi quidam negent id ſufficere. Antea verò celebrata, conualeſcunt poſtea tacito conſenſu. Quòd ſi maior ſeptennio contrahat cum minori ſeptennio, tenetur non quidem vi ſponſaliũ, ſed promiſſionis.

Sponſalia ſecunda, etiam iurata, non valent, ſi prima non ſunt legitimè diſſoluta.

Qui ſponſalia iurarunt, ſolent ab Epiſcopis cogi ad contrahendum: imò qui ſolum promiſerunt, & meritò: tenentur enim ſub peccato mortali.

Spõſalia nõ fiunt ſola promiſſione ſponſaliũ, niſi aliud ſit in intentione, aut cõſuetudine; nec ante aduentum poſitæ conditionis.

Ad ſponſolia requiritur vtriuſque promiſſio, nec ſufficit alterũ acceptare alterius promiſſionem, niſi intendat etiam ſe obligare.

Dicere, Contrahã tecũ, ſi Papa diſpenſauerit,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN